## DD GERUNDIO.

*Quid eſt Gerundium?*

Eſt Nomen Subſtantivum Verbale in DUM, ſingulare tantùm, & per omnes Caſus declinabile, præter Vocativum.

*A quibus verbis deſcendunt Gerundia?*

Ab omnibus Activis, Neutris & Deponentibus.

*Quibus addi poteſt verbum Paſſivum Vapulo.*

# DE PRONOMINE.

*Quid eſt Pronomen?*

ESt vox, qua utimur in demonſtranda aut reperenda re, ubi Nominis repetitio ingrata erat futura.

*Quot ſunt pronomina.*

Viginti: ev quibus undecim ſunt Primitiva: *Ego, tu, ſui, hic, iſte, ille, ipſe, is, qui, quis vel qui.*

Novem ſunt Derivativa: *Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtrâs, cujus & cujâs.*